

D. DOMINICI ANTUNEZ
PORTUGAL

J. C. PENAMACORENSIS

QUONDAM PORTUENSIS SENATUS, POSTEA SUPREMI
Domus Supplicationis Senatoris, & appellationum, gravaminumque
Expeditoris; nunc in Consilio Ultramarino Confiliarii,
& S. Militie D. N. JESU CHRISTI Equitis.

TRACTATUS
DE DONATIONIBUS
JURIUM ET BONORUM
REGIÆ CORONÆ,

TOMUS PRIMUS.

CUM DUPLICI INDICE, UNO PRÆLUDIUM,
Capitum, & questionum; Altero rerum & verborum copiosissimo.

EDITIO SECUNDA LUGDUNENSIS,
Priori Lusitanâ Jonge Emendator.



LUGDUNI.

Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DC. XCIX.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.

24 *vabr. 2. 5. sed post, Menoc. conf. 2. n. 3. 09. Mastr. de Magist. lib. 1. c. 15. n. 7. & seqq. Ripol. de Regal. c. 4. n. 13. & seqq. Valasc. conf. 1. 41. n. 7. & 8. & conf. 120. n. 10. & 21. & conf. 167. n. 10. & seqq. Valenz. conf. 93. n. 12. Molin. de primog. l. 2. c. 1. n. 20. & 21. Castill. de certis. c. 2. n. 2. & 3. Reynol. obser. 65. n. 3. Guib. observ. 7. n. 2. Tondut. ref. c. 1. n. 1. 6. Gabr. Pereir. de manu Regia 2. p. c. 37. à n. 1. Bald. de preser. 2. p. quinta prin. q. 3. Barb. in d. L. Comper. c. de pres. 30. n. 161. Molin. de just. & jur. disp. 75. n. 20. Salgad. de proreft. 3. p. c. 10. n. 148. Ex ea ratione, quia cum dicta jura concessibilia sint, utique etiam prescribi possunt, ita etiam de jure Regio immemoriali possessione possunt prescribi, ut expressè disponit *Ord. l. 2. tit. 27. §. 1. & ita tenent Valasc. sibi contrarius conf. 141. à n. 4. Barb. in d. L. comp. à n. 165. cum seqq. Gabr. Per. d. 5. 37. à n. 13. qui aiunt quod cum hæc Regalia de jure communi sint prescriptibilia, & leges hujus Regni non solent facile recedere à dispositione juris communis, idem de jure Regio dispositum censeri debet quod jus commune, statui, maxime cum *Ord. d. tit. 27. §. 1.* hanc partem amplexa sit.**

25 Cæterum Valasc. de jur. emphyt. q. 8. n. 36. & Cabed. 2. p. dec. 63. n. 2. 7. & 8. & in tract. de patronatu Regie Corona c. 7. n. 2. tradit de jure Regio in juribus Regalibus non esse locum prescriptioni immemoriali, ex *Ord. d. tit. 45. §. 56.* sed falli videntur tam ex dictis supra, & *Ord. d. tit. 27. §. 1.* quã ex eo, quod *Ord. d. §. 56.* in qua fundantur, procedit quando possessores prædicti jura prætentendunt contra id quod in donationibus continentur, & prohibentur in *Ord. tit. 45. §. 55.* & quavis in d. §. 56. generalem regulam videatur constituere, quã non solum comprehendit jurisdictionalia, sed & alia jura de quibus *d. tit. 27. §. 34. & 35.* tamen vere loquitur de eo qui ultra contenta in donatione jura Regalia exigere intendit, cui mala fides nocet, *Ord. d. tit. 27. §. 3.* Neque alibi reperitur prohibita prescriptio jurtum Regalium, & sic bene procedit prescriptio juxta superiora tradita. Ultra quod etiam verba *d. §. 56.* generalia fornt, tamen semper intelligi debent juxta subjectam materiam *l. plenum 12. sequitur ff. de usu. & habit. Cyclic. cont. 62. n. 18. 20. & 21. Valenz. conf. 119. n. 106. & 107.* & cum in rubrica sub qua d. §. est insertus, agatur de modo, & forma qua donatarius debent jurisdictionibus, & juribus donatis, intelligenda est *d. Ord. de materia de qua agebatur circa donatarios, qui obtinentur suis donationibus; maxime cum ex verbis ipsius *Ord.* hoc ipsum colligantur in principio ibi: *E t alguns dos sobreditos fizem o contrario, & in hoc sibi: E mandamos aos Corregedores que tenham grande cuidado, & c.**

27 Neque obstat *Ord. l. 2. tit. 28. in fine primo,* ubi dicitur prescriptio fodinarum metallorum, & decime piscium, etiam immemorialis sit, quia respondet Legissatorem ibi statuisse ex quibuscumque clausulis donationum non censeri concessas prædictas fodinas, vel decimas, & ideo prohibuisse prescriptionem immemorialem in dictis duobus casibus exceptum ibi: *E para prescripção das ditas canseiras* proinde cum lex in hac parte sit specialis, non est ad alios casus trahenda, ut est vulgare, subindeque jura Regalia, quæ competunt ratione dignitatis, & præeminentiæ, etiam de jure Regio prescribi possunt

immemoriali consuetudine; jura autem quæ competunt ratione supremi domini, & subjectionis, nullo tempore possunt prescribi, ut æquimus hac 3. p. c. 1. n. 58. & seqq.

Restat inquirere an jus patronatus Regiæ Coronæ possit à privato prescribi, in quo diversæ sunt opiniones, & pars negativa probatur ex eo, quod jus patronatus Coronæ computatur inter hona illius *Ord. l. 1. tit. 25. §. 5.* ubi jus patronatus Coronæ esse deciditur ibi: *Que são da Corona do Reyno;* & in fine ibi: *Assi como dize de nos cousas da Corona do Reyno,* tenet in specie Cabed. de patr. Reg. Cor. c. 4. n. 6. & c. 12. n. 6. Et quod patronatus Coronæ sit jus regale, docent Joan. Mon. in c. generali de elec. 6. & in c. 2. de prob. 6. Camil. Borrell. de preser. Regie Catholice c. 5. n. 7. Salgad. de proreft. Regie 3. p. c. 10. n. 148. & 225. qui dixit hoc Coronæ esse incorporatum, Phab. 2. p. d. 2. 13. n. 9. quare non procedit prescriptio contra Principem dixit Val. de jur. emphyt. q. 9. n. 16. Cabed. de patr. c. 7. n. 2. & c. 34. n. 3. & 2. p. dec. 65. n. 3. Salgad. d. 3. p. c. 10. n. 148. Solorzan. 2. tom. lib. 3. c. 2. n. 25.

Affirmativa vero sententia probatur ex eo quod regulariter jus patronatus donari, legari, & cedi potest, non tam Ecclesiæ quam laico, ut diximus hac 3. p. c. 28. n. 41. nec proinde jus patronatus regimetiæ à principe potest donari, & concedi, *Ord. d. tit. 35. §. 5.* ubi: *Se forem dados a alguns fidalgos, & outras pessoas por seus merecimentos,* atque ideo prescriptione potest acquiri, e. *querrela de elect. Conc. Trid. sess. 25. c. 9.* & scribitur Alex. conf. 74. n. 2. val. 4. Lambert. de jur. patr. lib. 2. p. 1. q. 10. an prin. art. 5. n. 45. ad fin. Ripol. in rub. de jud. n. 79. Insc. lit. l. emel. 604. Covarr. reg. possessor. 2. p. §. 10. & pract. c. 36. n. 63. quarta est, Vivian. in prac. juris patr. lib. 2. c. 9. & lib. 4. cap. 8. Cabed. de jur. patr. c. 2. n. 3. Solorz. de jur. ind. 2. tom. lib. 3. c. 2. n. 24.

Maxime quia jus patronatus Regiæ Coronæ non obstantibus his amittit naturam suam, immo quando agitur de illius proprietate, judiciū competens est Ecclesiasticum, *Ord. l. 2. tit. 15. §. 7.* quia est spiritualibus annexum c. quanto de jud. Lambert. lib. 2. p. 1. art. 7. q. 3. pr. n. 4. & 5. Andr. Gail. lib. 1. obser. 38. n. 6. Covar. d. c. 36. Cabed. de jur. patr. c. 19. à n. 1. & 2. p. dec. 20. n. 3. & arrost. 91. Cald. Pereir. conf. 5. n. 6. & 2. Ceval. de cognit. sine per viam violentia p. 2. q. 94. licet alios sit quando quæstio vertitur inter Procuratorem Coronæ, & Donarium, vel inter duos Donarios, vel in causa possessoria, aut quando agitur de bonis quibus jus patronatus est annexum, quia tunc cognitio pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ, *Ord. d. tit. 15. §. 7.* Cabed. d. c. 19. à n. 8. cum seqq. si igitur jus patronatus Coronæ Ecclesiasticum est, & naturam non mutavit, ita contra Coronam procedit prescriptio, ut cetera privatim; propter quæ fundamenta hanc sententiam amplexus est Petr. Barb. in d. L. comper. n. 180. usque ad n. 185. ubi contrariæ partis fundamentis satisfacit, & saltem prescriptioni immemoriali posse jus patronatus contra Regem acquiri, satis superque probatum manet supra, dum egimus de prescriptione aliorum jurtum Regalium, quæ etiam de jure Regio procedere ostensum manet.

Et cum his finem imponimus huic secundo tomo hujus tractatus, in laudem Omnipotentis Dei, Virginisque Mariæ.